



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

25. De officio Primicerij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Officio Primicerij.

TIT. XXV.



UPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Anch. Ioan. Andr. Anan. Panorm. Butr. Zab. Petr. de Rauenna. in compend. iuris Cav. Martin. Mefnart. in epitome Decretal. fol. 27. vers. Dan. Venat. in analysi method. iuris Pont. pag. 86. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Can. in sum. iur. Can. lib. 1. tit. 21. Petr. Alphons. de Vasconcel. in harmonia rubr. iuris Can. Alex. Callan. & Anastaf. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Bart. Carthag. in expos. tit. iur. Can. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

SYMMARIUM.

- 1 Primicerij ad officium quæ spectent ponuntur, & n. 2.
- 3 Decanus quam dignitatē & officium habeat remissuē.
- 4 Præpositus in Ecclesiis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ habet dignitatē post Pontificalem maiorem, & curam animarum, totique præest Canonico-
rum Collegio.
- 5 Magistri scilicet officium & dignitas quæ remissuē.
- 6 Cantor quam dignitatē & officium habeat, remissuē.
- 7 Personatus est honor, & præminencia in Ecclesia absque administratione, potestque ei renuntiari.
- 8 Plebanus is vocatur, qui est præfectus Ecclesiæ, siue plebis.

CAP. Vt Primicerius, vnic.

Ex lib. Romani Ordinis.

PRIMICERIVS est sub Archidiacono vt Archipresbyter, distribuit lectiones nocturnorum Diaconis, & aliis & responsoria Cantoribus, & eo; instruit vt sensum habeant. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Anch. Bellam. Ioan. And. Host. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Vin. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 349. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 126. remissuē Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 17. c. 1.

Ponunt etiam quæ spectant ad officium Primicerij l. 5. tit. 6. p. 1. & Gramm. dec. 64. n. 6. cum seqq. Callan. in catalogo gloria mundi, p. 4. consid. 42 fol. 97. Azor. inst. mor. p. 1. lib. 3. c. 16. Galgavet. de iure publico lib. 7. tit. 3. 1. Card. Tusch. lit. 9. concl. 650. Filliuc. tom. 3. ar. 41 c. 1. n. 25. remissuē Illustr. D. Roder. à Cunha in c. 1. dist. 25. n. 14. Ant. Fabric. de re benef. tit. de benef. cum dignitate ex n. 54. Sebast. Casl. de Eccles. hierarchia q. 2. proem. n. 11. & latius p. 3. disp. 12. §. 3.

Alie in Ecclesia sunt dignitates secundum vniuersumque Prouinciæ consuetudines, præminenciam habentes. Decanus in omnibus ferè Hispaniæ, & Franciæ Ecclesiis is dicitur, qui præest toti Canonico-
rum Collegio in choro, in incessu, comitiis, & suffragiis ferendis, de cuius officio agunt Pute. p. 3. dec. 210. Fr. Hieron. Rom. lib. 3. de Republ. Christiana c. 10. in princ. Flamin. de resign. l. 1. q. 1. n. 86. Azor. inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 17. quos refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 3. c. 3. n. 8. Rota apud Farin. dec. 533. à n. 4. p. 1. in recept. Card. Tusch. lit. D. concl. 60. Filiuc. d. tr. 41. c. 1.

n. 29. De iure tamē Decanus nullam habet iurisdictionē cū careat iure Prælatu-
ræ in Capitulo, cuius ipse est pars, Abb. in c. post electionem, sub n. 9. circa fin. vers. item puto, de concess. præb. dum verò locum Archiepiscopateri in Ecclesia obtinet tanquam subrogatus, eadem potest, quæ Archiepiscopus, & hacratione dicitur dignitas, Rot. dec. 17. sub n. 1. vers. sed caue, de concessione præb. Petr. Greg. l. 15. c. 21. n. 12. & de benef. c. 10. n. 24. & in p. can. d. 2. tit. 9. c. 5. n. 4. Sicque est intelligenda Putei dec. 209. n. 2. lib. 1. quatenus vult Decanum respectu Capituli non regulari personam priuatam, sed habere Prælaturam cum iurisdictione in Capitulo cui præest.

Præpositus in Ecclesiis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ habet personatum, ac dignitatem, & alicubi iurisdictionem ac curam animarum, totique præest Canonico-
rum Collegio, Azor. lib. 3. c. 18. Petr. Greg. synagm. lib. 15. c. 18. ex n. 6. Sebast. Casl. d. q. 2. proem. n. 1. & p. 3. q. 12. §. 5. Pacian. d. l. 2. c. 27. ex n. 39. Et quod sedes Præpositi in illis partibus, post Pontificalem sit dignior, censuit Rota apud Farin. dec. 865. n. 8. & dec. 866. n. 1. in 1. collect. alijs p. 4. diuers. Et quod possit renuntiari tenet Flamin. d. q. 1. n. 97. An & quando sit dignitas, vide Card. Tusch. lit. P. concl. 518. & concl. 520.

In Rota pluries resolutum fuit Præposituram de iure non esse dignitatem, nisi sit prima in Cathedrali, vel Collegiata, vel Conuentuali, habeatve sub se clerum, & capellas, vt in Aquer. monasterij 31. Maij 1598. coram Card. Lancelloto, & in Dertusen. Prioratus 5. Martij 1614. coram R.D. Decano, & in Vincent. parochialis 20. Febr. 1617. coram Vbaldo, refert nouissime Ioan. Ant. Massob. in sua praxi habendi concursum prælat. 15. dub. 1. secundum Rom. impress.

Magister scholæ olim dicebatur qui in Cathedralibus Ecclesiis constitutus clericos omnes inferiores cantum Latino sermone, & alias artes, ac disciplinas docebat, vt scirent Latine legere, scribere, loqui, & cantare, & vt quæ de officiis diuinis recitabant propè intelligerent, de cuius officio tractant, Durand. de benef. lib. 10. c. 15. Petr. Greg. cod. tr. lib. 5. c. 19. Fulv. Pacian. de probat. lib. 7. c. 2. 7. ex n. 107. Sandon. de officio can. p. 5. c. 3. Greg. d. 7. tit. 6. p. 1. Fr. Hieron. Roman. de Republ. Christiana lib. 3. c. 10. in med. vers. Maestrescucla. Azor. d. lib. 3. c. 23. Sebast. Casl. d. q. 2. proem. n. 12. & p. 3. disp. 12. §. 4.

Cantor, qui & alio nomine Præcentor dicitur, ille erat, qui præerat toti Cantorum choro in duas partes diuiso, & Antiphonas, ac Psalmos inchoabat, de cuius officio agunt Put. p. 3. dec. 89. Greg. l. 5. tit. 6. p. 1. Nau. in c. si quando, de rescript. except. 1. n. 4. Azor. d. lib. 3. c. 21. Flam. d. q. 1. n. 87. 89. & 99. Card. Tusch. lit. D. concl. 419. n. 23.

Personatus est honor, & præminencia in Ecclesia absque administratione, potestque ei renuntiari. Hojed. de incompat. benef. p. 1. c. 9. n. 2. Corral. de benef. p. 2. c. 3. n. 6. Flamin. d. q. 1. n. 90. & 91. In quibus differt à dignitate, vide Card. Tusch. lit. P. concl. 111. Filiuc. d. c. n. 24. Massob. in d. praxi præd. 16. secundum Roman. impr.

Plebanus is vocatur, qui est præfectus Ecclesiæ, siue plebis, habens in sua iurisdictione, & potestate Capellas, seu minores Ecclesias, quibus Vicarij in perpetuum, vel ad tempus praeficiuntur, de cuius officio, & dignitate agunt Azor. d. lib. 2. c. 2. Tusch. de Visitat. l. 2. c. 9. Filiuc. d. c. 1. n. 21. Petr. Greg. d. l. 15. c. 24. n. 13. Læ. Zech. de republ. Eccles. c. 17. à princ. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. c. 27. ex n. 59. Sebast. Casl. de Eccles. hierarchia, q. 2. proem. n. 17.